



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt X. Idem Abbati a S. Benedicti de Nebia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

## NOTÆ.

- I. <sup>a</sup> Consentino.) Ita legitur in prima collectio-ne. sub hoc tit. cap. 9. Consentia, vel Cof-sentia, hodie Cosenza dicta, est civitas Italiae in provincia Brutiae: habuit Cathedram Episcopalem jam à primis Ecclesiæ lœculis, & D. Greg. lib. 7. epist. 47. rescribit Palumbo Episcopo Consentiae: refert Carol. à S. Paulo lib. 1. Geograph. sacr. fol. 60.

b Operæ consummato,) Nam clericis etiam pre-fibyeris opus rurale exercere facit canones permit-tunt, ut probavi in c. i. de celebre Missar.

2. <sup>c</sup> Patiaris.) Dupli ratione præsentem Ale-xandri III. decisionem ait Glossa existimavit in præ-senti, quam sequitur Navarrus in manuale cap. 27. num. 235. Prima, quia diaconus dabat operam rei illicita, quia ludus clericis cum laicis prohibitus est. Belletus disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplin. cleric. §. 4. num. 17. Altera, quia Diaconus non adhi-buit diligentiam in danno præcavendo, amoven-do falcam, non ignarus conditionis ludis quæ ra-tio magis placet Covar. in dict. Clement. s. furiosos, 2. part. §. 4. num. 8. Gutierrez lib. 2. canon. quest. 6. Pantoja de aleatoribus, ad l. 2. num. 46. Gibalino d. consell. 1. Nec tunc obstat exsus in clator, se-

quenti, ubi in simili specie, cùm duo clerici in col-luctatione decerterarent, alter alterum dejectus, & de-jector gladio, quem dejectus ad latum portabat, vulneratus occubuit; & nihilominus afferit Pon-tifex, ad sacros ordines clericum ascendere posse. Pro cuius textus solutione Glosa in præsenti, Gutierrez supra, num. 124. Sylvester in summa verbo Ho-micidium, Sotus de justit. lib. 5. art. 9. docent in specie textus in dict. cap. lator, clericum dejectum omnem adhibuisse diligentiam, nullamq; culpan admittit; immo clericus percussus in culpa fuit al-terum prosterendo. Sed hæc solutio facile con-vincitur ex eo, nam exactiorum diligentiam adhi-bere poterat clericus ille amovendo falcam. Ig-tur si eam non adhibuit, manet irregularis. Quare placuit solutio Pantoja ubi supra, qui rectè obser-var, in eo textu non agi de colluctatione in qua sperari posset, ut alter alterum deiceret, sed potius de ludo: unde extra votum, & luditum laetivien-tes alter alterum vi dejectit: & cùm ita iuxta condi-tionem ludi non teneretur ludens falcam amove-re, ideo omnini inculpatè processit clericus deje-ctus, & per consequens nullam irregularitatem contraxit. Quā etiam doctrinā expendorus est textus in cap. exhibita, elz. hoc tit.

## CAPUT IX.

<sup>a</sup> Idem B. Exon. Episcopo.

L Ator præsentium nobis vivâ voce proposuit, quod quadam die, cùm casu cum quo-dam clerico ludaret, contigit, quod ille projecit istum ad terram, & b cultellus, quem ad latus suum habebat, in alterum incidit, & fortuitò vulneratus occubuit. Eundem itaque ad vos duximus remittendum, d. v. p. A. s. m. quat. rei veritate comper-ta, & siita res se habuerit, & alia justa causa non impedit, prædictum D. liberè permit-tatis ad sacros ordines promoveri.

## NOTÆ.

- I. <sup>a</sup> B. Exonienſi.) Ita etiam legitur in prima collectio-ne sub hoc tit. cap. 10. id est Bartho-lomæo, de quo egi supra in cap. 7. Post Concil. Lateranenſ. part. 26. cap. 14. legitur etiam Exo-nienſi Episcopo; & in margine additur pars capituli

Tanta: unde cognoscitur in præsenti referri par-tem textus in cap. tanta, qui filii sint legitimi.

b Cultellus.] Quem deferre potest clericus, quia armorum appellatione non continetur, ut probat Bobadilla lib. 1. polit. cap. 13. num. 73. & dixi in c. clericis arma, de vita & honest. cleric.

## CAPUT X.

Idem Abbatii <sup>a</sup> S. Benedicti de Nebia.

S Uscepimus literas tuas, & cognovimus ex earum tenore, quod dum lator præsen-tium in custodiā cuiusdam domus cum altero fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones ad eos, turpiter ipsos in personis affigere, & denudare vestimentis propriis præsumperunt. In quos isti resumptis viribus insurgentes ligaverunt illos, & de-tinere usque ad notitiam Capituli voluerunt. Cum autem iste rem ad tuam audientiam perlaturus, ligatos eos in fratris sui custodia dimisisset, & fures se solvere niterentur, frater illos, ne ipse ab eis interimeretur, occidit. Unde quoniam expediebat potius post tuni-cam relinquere pallium, & rerum sustinere jacturam, quam pro confervandis vilibus rebus, & transitoriis, tam acriter in aliquos exardecere, abstineat iste humilietur ab altaris obsequio, & peccatum suum, quibus modis ad arbitrium tuum potuerit uterque stu-deat expiare. Constat siquidem eos contra rationem, & mansuetudinem, & ecclesiasti-cam disciplinam ex utriusque opere interemptos.

NOTÆ

## NOTÆ.

<sup>2</sup> Sancti Benedicti de Nevia.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. II. post Concil. verò Later. part. 50. cap. 17. legitur tantum Sanc*t*ii Benedicti. Illud semper constat, in præsenti alloqui Pontificem cum Abbe monasterii Sancti Benedicti, sed non exprimitur, cu-

lus dicecessis, vel provinciæ.

b. *Ab altaris obsequio.*) Varia pro hujus textus expositione adduxerunt Anguianus lib. 4. de legibus, cap. 4. num. 36. Suarez. de censur. dis*put*. 46. fol. 2. num. 10. Genuensis practic. qu. 660. Wilembach. dis*put*. 4. Franciscus Valens tom. 2. concord. iur. fol. 321. Sed veram ejus interpretationem adduxi in cap. 2. suprà hoc tit.

## CAPUT XI.

Idem <sup>a</sup> Lucensi Episcopo.

DE cætero noveris, quod diaconus, quem literarum honestate præditum afferis, qui homicidio caufam dedisse videtur, sicut extenore tuarum literarum perpendimus, non videtur ad fæcerdotium promovendus.

## NOTÆ.

<sup>a</sup> Licens.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 12., ubi additur pars capituli Consuluit. Unde cognoscitur in præsenti referri partem textus in cap. consuluit 4. qui clerici vel vovent, ubi notavi.

## COMMENTARIUM.

I. IN hisquinque decisionibus præcedentibus, & sequentibus usque ad finem tituli præcipue agitur de homicidio casuale; & varius casus decidatur & datur circa illud culpabiliter, vel non admisimus; ita ut illud committens maneat irregularis, vel non. Et communiter repentes, & antiquiores, tam Theologi, quam Jurisperiti sub sequenti distinctione ea iura accipiebant, & exponebant, videlicet, ut dans operam rei illicitæ, homicidio sequito, etiam involuntario, irregularis maneat; dans vero operam rei licita, immunitis sit ab omni irregularitatis nota, si adhibeat diligentiam, quam debebat adhibere. Sed veriore, & magis iuribus sub hoc titulo complicitis consonam credo distinctionem noviter explicatam à Gibalino c. 4. q. 4. per totam, iuxta quam sequentem assertionem disputationem propono: Qui lethali peccat ob non adhibitam diligentiam in homicidio præcavendo, irregularis manet, sive rei illicite, sive licita operam dederit. Qui verò nullam lethalem culpam admisit, et sequatur homicidium omnino casuale, & involuntario, irregularis non manet, sive rei licite, sive illicite operam dederit. Quam conclusionem firmant, seu juxta eam procedunt textus in cap. presbyterum 7. cap. continebatur 8. cap. lator 9. cap. sui cepimus 10. cap. de hoc II. cap. dilectus 13. cap. exhibita; et 1. y. el 2. cap. significatio 16. c. tua nos 19. cap. Ioannes 23. cap. quidam 25. hoc tit. c. quidam 17. de pœnis. Et remiss. cap. miror, cap. si quis viduam, & ferre per totam 50. dis*put*. Innoc. III. lib. 1. epist. apud Sirletem fol. 90. ibi: Exposuit nobis dilectus filius M. presbyter de Stabulis, quod cum olim invitatus a quibus duam pueris de manu unius eorum arcum receperit, & sagittam, & eam dirigere voluerit in arborum qua obstat, manu errante sagitta eadem discurrens per aërem, puerum quendam valde distantem modicum vulneravit in capite: propter quod idem puer creditur postmodum expirasse. Quod cum idem presbyter bona memoria G. prædecessori tuo, frater Archiepiscopo,

sponte curasse humiliter confiteri, ipse paenitentiam & contritionem ipsius attendens super beneficio Ecclesie de Stabulis, quam in Archidiaconatu tuo, fili Archidiacone, adeptus fuerat, misericorditer dispesavit, ut ipsum, quoad vivere, possideret: mandans eidem, ut ad Sedem Apostolicam accederet, mandatis super officio Apostolicis pariturus. Quia verò in hoc, non ex voluntate (sicut afferit) sed casu deliquit, discretione vestra per Apostolicas scriptas mandamus, quatenus si verum est quod afferit, factam cum eo misericordiam attendantes, & quod à dicto Archiepiscopo factum est ratum habentes, & firmum, eum super beneficio predicto propter hoc nullatenus molestetis, aut patiamini ab aliis molestari. Datum Rome apud S. Petrum. Illustrant ultra congettus à Barbofá in praesenti, Pantoja de aleat ad l. n. 45. Vigil. in methodo iur. can. fol. 266. Petrus Greg. lib. 4. partit. tit. 13. cap. fin. Gutierrez lib. 2. canonico. quas. 6. Claudius Espenceus ad epist. D. Pauli, lib. 2. digress. cap. 3. Suarez de censur. dis*put*. 49. fol. 5. Franc. Valens in concord. iuris. fol. 321. Diana part. 11. tract. 6. resol. 25. Majolus de irregul. lib. 5. c. 48. §. 3. Vgelin. cod. tr. cap. 18. §. 1. Sayrus lib. 9. de censur. dis*put*. 32. Bonacina eod. tract. dis*put*. 7. quas. 14. punclo 7. Hurtado de irregul. dis*put*. 2. num. 28. Avila, Layman, Lefsius & alii, quos refert Gibalinus de irregul. cap. 4. regul. 2.

2.  
Impugnatur tradita assertio:

In hanc assertiōne, qua duplice continet partem, duplici etiam insurgo dubitandi ratione; & primò in eam partem ubi afferit, ob homicidium casu admisum, non adhibitā diligentia, etiam eti⁹ involuntaria, irregularitate tem contrahi, sic argumentor. In delictis coercendis animus magis quam exitus; & effectus potius quam effectus attenditur. Paulus lib. 5. sentent. tit. 25. Quintil. declamat. 281. Unde interdum qui hominem occidit, absolvitur; & qui non occidit, pro homicidio damnatur, l. 1. §. Divus, ff. ad leg. Corn. de scicar. l. is qui cum telo, Cod. cod. tit. iste quod demum legum penitus obnoxius est, qui consulto, non ignoranter delictum admisit. Tertul. de pœnit. bi. Quid quod voluntas facti origo est? videant enim si qua causa, aut necessitat, aut ignoratio imputentur: quibus exceptis iam non nisi voluntate delinquitur. Huc spectat defensio illa, quam atttingit Cicero lib. 3. de Oratore, & in topicis ad Trebatium. Iaceret ultimum voluntatis est: ferre quem nolueris fortune: ex quo aries ille subjicitur in vestris actionibus, si telum manu fugi potius quam jecit. Vbi Boëtius ita explicat: Si quis cedis accusetur, optima solet esse defensio, fngisse manu telum, & magis quam voluntet,